

Zu Dietrich von Nieheim.

Erler nimmt in seiner Biographie D. v. N. (Leipzig 1887) S. 150 u. 201 an, dass D. v. N. in den Jahren 1407 ff. nur das Amt eines Abbreviators in der päpstlichen Kanzlei bekleidet habe und dass es ihm erst unter Johann XXIII wieder gelang, die bereits früher innegehabte Stellung eines Skriptors zu erhalten. Dies ist ein Irrtum, wie aus der unten gedruckten Urkunde hervorgeht. Der Titel, welcher dort dem Kurialen beigelegt wird, zeigt uns auch, dass um 1407 Dietrich wieder in den Besitz eines Lütticher Kanonikats gekommen ist. Bekanntlich hatte D. schon unter dem Pontifikat Bonifaz' IX ein solches besessen, es aber schliesslich infolge Entscheidung des geistlichen Gerichtshofes aufgeben müssen (vergl. Erler l. c. S. 102 ff.). An welcher Kirche in Lüttich er dieses neue Kanonikat innehatte und seit welcher Zeit, das wird sich wohl nicht mehr genau feststellen lassen, da die Supplikenregister Gregors XII, aus denen man hierüber die sicherste Auskunft gewinnen könnte, einstweilen wenigstens verschollen sind; die Reg. Lat. Greg. XII enthalten nichts darüber.

Die zweite unten in ihrem Wortlaut mitgeteilte Urkunde desselben Papstes vom 19. Dezember 1406 bietet eine interessante Ergänzung zu der von Erler (l. c. Beilagen

pag. XXI) nach dem Original (1) veröffentlichten Bulle Gregors. Wir erfahren aus ihr, dass Dietrich die Absicht hatte, die er später auch ausführte, ausser den beiden dem Hospital St. Maria de anima geschenkten Häusern alle seine Besitzungen an Mobilien und Immobilien in Rom zu frommen Stiftungen zu verwenden. In seinem Testament (Erler l. c. pag. XXVIII) nimmt er auf diese ihm von Gregor XII verliehene Vollmacht Bezug.

1. Papst Gregor XII verleiht dem Skriptor Dietrich von Nieheim, Kanoniker von Lüttich, das Recht, einen tragbaren Altar mit sich zu führen. Siena 1. August 1408.

« Gregorius etc. dilecto filio magistro Theoderico de Nyem, canonico Leodiensi, scriptori nostro salutem etc. Sincere devocionis etc. Hinc est, quod nos tuis, qui etiam litterarum apostolicarum abbreviator et in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus existis, devotis supplicationibus inclinatus, ut liceat tibi habere altare portatile cum debita reverencia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis, sine iuris alieni preiudicio quodque si forsitan te ad loca ecclesiastico interdicto supposita declinare contigerit, dummodo tu seu familiares tui domestici causam non dederis seu dederint interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti, per te, postquam in sacerdotio constitutus fueris, in familiarium predictorum celebrari seu in eorundem et tua presencia per proprium aut alium sacerdotem idoneum missam et alia divina officia celebrari facere valeas, devocioni tue tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis autem etc.

Datum Senis Kal. Augusti anno secundo.

A. pro socio Corario ».

Vat. Archiv, Reg. Lat. 131, fol. 271.

(1) Befindet sich auch Vat. Arch., Reg. Lat. 128 fol. 43.

2. Papst Gregor XII bestätigt eine bereits von Innocenz VII verliehene, aber nicht ausgefertigte Vollmacht, laut welcher der Abbeviator Dietrich von Nieheim alle seine Güter in Rom zu frommen Stiftungen verwenden darf. Rom 19. Dezember 1406.

« Gregorius etc. dilecto filio Theoderico de Nyem, clerico Paderburnensis dioc. salutem etc. Racioni congruit etc. Dudum siquidem felicis recordacionis Innocencius papa VII predecessor noster volens te, qui tunc litterarum apostolicarum eras prout adhuc existis abbreviator, ob sincere devocionis affectum, quem ad ipsum predecessorem et Romanam gerebas prout adhuc geris ecclesiam, necnon vite ac morum honestatem aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus apud ipsum predecessorem fidedignorum commendabaris testimonio, favore prosequi gratioso, tuis in ea parte supplicacionibus annuens, tibi ut preter quasdam domos in Urbe consistentes, quas, ut asserebas, ad dilectum filium Johannem de Leopardis, canonicum ecclesie sancti Nicolai in Carcere Tulliano de ipsa Urbe, racione persone tue tunc pertinentes ab eodem canonico emptionis titulo acquisiveras et postea ipsas domos magnis sumptibus tuis reparatas hospitali pauperum sancte Marie Teutonicorum de ipsa Urbe pro salute anime tue donacione, que dicitur inter vivos, libere et sponte donaveris, de omnibus aliis bonis tuis mobilibus et immobilibus, que tunc in eadem Urbe iusto titulo quomodolibet obtinebas et alia bona mobilia et immobilia, que in futurum in eadem Urbe prestante domino legitime acquirereres, eciam in usus pios convertere sive de illis pro salute anime tue disponere licite posses, sicuti tua dictaret conscientia seu tibi expedire videretur, apostolica devocioni tue, videlicet VI Kal. Maij pontificatus sui anno secundo, auctoritate duxerat concedendum. Ne autem pro eo, quod dicti predecessoris superveniente obitu littere apostolice super eadem concessione confecte non fuerunt, tu concessionis eiusdem fru-

streris effectu, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod eadem concessio perinde a dicta die, videlicet VI Kal. Maij, suam sortiatur effectum ac si super ea dicti predecessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene dictam concessionem ubique sufficiant nec ad id alterius probacionis adminiculum requiratur. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum quatuordecimo Kal. Januarij anno primo ».

Reg. Lat. 128, fol. 257.^v

SCHMITZ.